



HAion apud Phrysijs honesto loco natus & optime educatus est. Is cum in patria literarum fundamenta iecisset, sese ad Louaniensem Academiam contulit, atque ibidem 1521 Erasmo Roterodamo ob praecelaram indolem gratissimus fuit. Postea quoque in Italiam profectus, Iurisprudentiae operam dedit, & in ea facultate adeo profecit, ut omnium uotis legum Doctor creatus sit. Inde sub annum 1528 in patriam reuersus, Caesarei senatus ad Leouardum consiliarius constitutus est. In eo loco eius uirtutes cum multifaria eruditione adeo emicuere, ut in magna apud omnes autoritate extiterit, atque praecelaram sibi nomen compararit. Vnde merito hoc loco huius Haionis, quem Erasmus perpetuo dilexit, & ob uarias animi & corporis uirtutes suis scriptis celebrauit, honesta mentio facta. Eras. in Epist.

co huius Haionis, quem Erasmus perpetuo dilexit, & ob uarias animi & corporis uirtutes suis scriptis celebrauit, honesta mentio facta. Eras. in Epist.